

illis entibus, quæ sunt materia natura, quæ per dissolutiones reperta sunt & reperiuntur, & in viis ordinariis non patiuntur videri. Et ob hoc, quia dissoluta doctrina perquisitè anhelat, suspirat, & desiderat finem, & ad finem consumationis venire, tu æterna & suprema potestas illuminare velis Christianos & in te credentes, ad videndum & cognoscendum veritatē per antiquos fabricatam, sine qua hæc scientia, quæ melior est nobilioris partis philosophia, integrari non possit, & ad nos introducendum, quia jam tempus est, ut definitiones illius ponere debeamus.